

Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, ut duo alia loca, que agendis rebus congruere videbuntur, pro subditis vestris, eciam quo ad Bohemos Pragensis dyocesis sancte Romane ecclesie 10 obedienciam recognoscentibus et a fine dyocesis vestre ad duas dietas distantibus, sub limitibus tam temporalis dominii illustris principis Friderici ducis Saxonie comprehensa, pro plenariis indulgenciis inibi promerendis instituere, ecclesias visitandas deputare, confessores ydoneos ordinare, ci- 15 stas pro colligendis elemosinis locare et tempus indulgenciarum huiusmodi usque ad festum Annun- ciacionis beate Marie predictum proxime futurum prolongare seu prolongatum a nobis publicare possitis et valeatis, auctoritate legacionis nostre, qua in hac parte fungimur, tenore presencium vobis plenam et liberam concedimus facultatem.

1451 November 27, Mainz.

Nr. 2043

*NvK an den B. von Meißen. Er gewährt allen Priestern der Diözese Meißen einen 40tägigen Abläß, wenn sie den Kollekten in der Messe die eingerückte Schlußformel anfügen.<sup>1)</sup>*

*Kop. (15. Jh.): WOLFENBÜTTEL, Herzog-August-Bibl., Cod. 264 Helmst. f. 66r. Zur Hs. s.o. Nr. 1390.*

Peticione pioque desiderio vestris continentibus, ut ad conclusionem subscriptam in fine collectarum misse in dyocesi vestra Misnensi frequentatam et apponi consuetam huius tenoris, videlicet: 'Et famulos tuos N. papam, F. regem Romanorum, antistitem et principes nostros eorumque fideles dirige in viam salutis eterne et ab omni adversitate custodi'<sup>2)</sup>, certas indulgencias concedere dignaremur, nos igitur huiusmodi peticionibus inclinati omnibus et singulis presbiteris dicte vestre, Misnensis dyocesis, qui dictam oracionem collectarum ipsis adiunixerint, ut prefertur, de omnipotenti dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis et auctoritate confisi quadriginta dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus.

<sup>1)</sup> petizione: peticioni.

<sup>2)</sup> Also ein (von 50 auf 40 Ablaßstage) reduziertes Äquivalent zum Reformdekret Nr. 1 Quoniam dignum esse; s.o. Nr. 1008.

<sup>2)</sup> Beachte die bemerkenswerten Textabweichungen gegenüber Nr. 1008 Z. 16-18.

⟨um 1451 November 27⟩, Mainz.

Nr. 2044

*⟨NvK an B. Kaspar von Meißen.⟩<sup>1)</sup> Er nimmt Stellung zu Glossen ⟨des Bischofs zu den Ablaßbestimmungen des NvK für Meißen<sup>2)</sup> und zu anderen ihm vorgelegten Ersuchen des Bischofs.<sup>3)</sup>⟩.*

*Kop. (15. Jh.): WOLFENBÜTTEL, Herzog-August-Bibl., Cod. 264 Helmst. f. 66v-67v. Zur Hs. s.o. Nr. 1390.*

Reverende pater. Post salutes. Laudo diligenciam vestram, quam legi in glosulis transmissi(s); et quo ad potestatem seu facultatem, cuius copiam desideratis, respondeo totam nacionem nichil hesitare de illa, quia habeo eam eciam manu s. d. n. subscriptam<sup>4)</sup>, nec occupaciones infinite et alia secreta contenta in facultatibus sinunt copias fieri. Qui nodum in scirpo querit<sup>5)</sup>, et incredulus est, nolens contentari in eo, in quo nacio per copias non duceretur ad fidem.

<sup>1)</sup> Datum, Verfasser und Adressat ergeben sich aus Nr. 2041-2043.

<sup>2)</sup> S.o. Nr. 1566 mit Anm. 1. Doch s. hierzu auch Nr. 1566 Anm. 3.

<sup>3)</sup> Nr. 2041; s.u. zu Z. 53-60.

<sup>4)</sup> Wenngleich in der Wolfenbütteler Handschrift f. 59r-60r eine handgleiche Kopie von Nr. 952 voran geht

Omnia michi placent modo, quo paternitas vestra bene consulta respondit ad dubia, excepto eo, quod de diebus et vicibus posuistis.<sup>6)</sup> Nam formam hanc a s<sup>mo</sup> d. nostro papa habui et per s. suam subscriptam, in paucis per me variatam. Habeo tamen facultatem variandi, et mens s. sue est, quod dies et vices idem sint, scilicet qui assequi debet indulgenciam, tot diebus et vicibus visitet, non quod una die pluribus vicibus visitando assequatur, alioquin non essent positi dies simul et vices. Oportet igitur, quod sit in penitencia per tres dies in civitate, per xii, ubi moratur, si non est de civibus, et si de civibus, per xxiiii<sup>or</sup> dies qualibet die semel visitando. Et si plures visita-  
11 verit, non relevabitur quo ad assecucionem indulgenciarum, quin oportet eum adimplere dies in visitando. Sic similiter, ubi dicitur, quod, qui non venerit ad civitatem, loco trium dierum debet duodecies matricem visitare, semper debet intelligi: semel in die, hoc est: per xii<sup>cim</sup> dies loco trium dierum.

Ubi p. v. scribit religiosas personas amare recipere id, quod ponitur in cedula:  
20 'membra sathane' etc.<sup>7)</sup>, respondeo istas indulgencias ad edificacionem ecclesie dari et ideo, ut publica peccata corrigantur, que sunt scandalosa etc. Narrantur aliqua cum detestacione, ut allicantur per indulgenciam ad redditum; et nemo dubitat omne peccatum mortale facere hominem 'deo odibilem'<sup>8)</sup> et 'membrum sathane'. Veritas igitur, que ponitur ad bonum finem, in cedula non debuit omitti propter illos, qui se membra sathane ostendunt, quando veritatem audire nequeunt.

Ubi in verbo de 'symonia secundum consuetudinem commissa'<sup>9)</sup> scribitur in glossula: 'Aput multos durum est verbum, quod consuetudo debet attenuare peccatum' etc.: Cedula non dicit, quod ipsa consuetudo attenuet; sed, ubi multitudo peccat ex consuetudine, neccesse est, quod multitudini succurratur et concedatur facultas ab-  
30 solvendi pluribus. Et docet nos Augustinus, quomodo in delictis illis communibus multis parcendi sit 'multitudini', quia 'severitas' non edificaret.<sup>10)</sup> Est eciam in iure cautum eciam 'pro cartha' et penna nichil 'dandum' per 'ordinatum'<sup>11)</sup>, et consuetudo habet contrarium quasi in omni loco. Ibi micius agendum eciam in symoniacis, quia prohibitis attendere debemus ad pacta etc., et ibi consuetudo sine pactu attenuet etc.

35 Ad dubium finale: 'Qui semel peregit' etc.<sup>12)</sup>: Non consuevit s. d. n. in reservatis sedi apostolice dare facultatem absolvendi nisi semel tantum, et hoc est consultum. Sed recordor me aliquociens predicasse, quod, sicut ille, qui fuit in urbe, potest iterum assequi non contribuendo, dummodo fecerit penitenciam etc., ita et, qui semel per-

(die mir erst nach Abschluß von *Acta Cusana I/2* bekannt wurde), dürfte es sich bei der hier genannten potestas um Nr. 955 handeln, wo sich in der Tat eine solche Unterschrift des Papstes findet, zumal dort auf zusätzliche "Instruktionen" (Z. 6) hingewiesen wird, die wohl jene in Nr. 2044 Z. 4 genannten secreta enthalten haben. Da NvK sie nicht preisgeben wollte, hätte er statt ihrer dann eine Kopie von Nr. 952 nach Meißen geschickt. Aus Z. 6 ergibt sich im übrigen, daß mit der nacio in Z. 3 die nacio Bohemica gemeint ist.

<sup>5)</sup> Gängiges antikes Sprichwort; überliefert etwa bei Isidor im 17. Buch der *Etymologiae* 9, 97 ('Binsenwahrheit').

<sup>6)</sup> S.o. Nr. 1390 Z. 15 mit Nr. 1005 Z. 22, Nr. 1390 Z. 20 mit Nr. 1005 Z. 25f. und Nr. 1390 Z. 26f. mit Nr. 1005 Z. 50.

<sup>7)</sup> S.o. Nr. 1390 Z. 33 mit Nr. 1005 Z. 71.

<sup>8)</sup> S.o. Nr. 1390 Z. 33 mit Nr. 1005 Z. 76.

<sup>9)</sup> Eben so Nr. 1549 Z. 44 und Nr. 1600 Z. 9f. in den Erläuterungen zu den jeweiligen Ablaßurkunden. Die in Nr. 2044 wie auch in Nr. 1566 mehrfach genannte cedula wird also ähnlicher Art gewesen sein.

<sup>10)</sup> Wohl ep. 22 nach c. 1 D. XLIV.

<sup>11)</sup> c. 1 X de simonia V, 3.

<sup>12)</sup> Wohl zu Nr. 1390 Z. 30 mit Nr. 1005 Z. 58-60.

egit et contribuit, potest iterum infra terminum assequi non contribuendo, sed penitendo ut prius etc. Et tociens quociens etc. Nam etsi totum tempus gracie cedit, 40 eciam in ultima parte venienti indecens esset, quod diligenciori et fervenciori deberet denegari, maxime, ut ponit, cum non peccavit ex proposito quasi de absolucione securus.

Omnia alia, ut p. v. declaravit, placent.<sup>13)</sup> Vidi tamen bullam s. d. n. quo ad indulgencias concessas domino duci Burgundie<sup>14)</sup>, ubi dicitur de expensis: ‘eundem Rome 45 stando et redeundo.’ Sed quia in instrucionibus meis papa non sic clare loquitur, sed modo quo in cedula indulgenciarum<sup>15)</sup>, placet interpretacio p. v. Verum ubi p. v. vellet propter scrupulositatem contribucionis etc., quod poneretur numerus dierum etc., sum contentus, quod p. v. consideret numerum dierum accessus ad Romam et pro stando addat octo dies, et forte ascendent omnes dies ad unum mensem et medietas , 50 expensarum ad expensas xv dierum, ita quod, qui expensas, quas fecisset xv diebus, in domo taxaverit et contribuerit, assequatur.

Item de confessoribus placet.<sup>16)</sup> Dummmodo omnia ficerint, alia sine contribucione assequantur.

De prorogacione termini placet<sup>17)</sup>, quod terminus sit ad unum mensem a fine eius, ; si sic viderit p. v. expedire, per eundem p. v. prorogabilis.

De Bohemis dyocesis Pragensis adhuc respondere nequeo propter certos tractatus, qui pendent.<sup>18)</sup> Habeo enim legacionem in regno illo; sed illa nondum usus sum ex bona causa. Bene vellem, quod p. v. me avisaret, quomodo aliquid magni boni per me in Bohemia fieri posset.

60

Ubi indulgencias ecclesieque gravamina petitis relevari, paratus ero in possibilibus complacere, salvo quod in medi<sup>et</sup>ate contribucionis, que subest disposicioni apostolice, nichil possum. Sed in alia medietate, et quibus potero, paratus ero suo tempore omnia facere.

In negocio reformacionis religiosorum: Hic sumus in provinciali synodo Maguntina, ubi de illa reformacione aliqua conclusio capietur, quam extendam et execucioni committam r. p. v., quam deus feliciter conservet. Datum.

<sup>13)</sup> Dementsprechend dann die Signatur zu Nr. 2041 Z. 9.

<sup>14)</sup> 1450 XII 8; Frederiq, Codex 80-82 Nr. 76. Das nachfolgende Zitat nicht ganz wörtlich ebendort 82 Z. 2.

<sup>15)</sup> S.o. Nr. 1390 Z. 20 mit Nr. 1005 Z. 30f.

<sup>16)</sup> S.o. Nr. 2041 Z. 10-12.

<sup>17)</sup> S.o. Nr. 2041 Z. 32-37.

<sup>18)</sup> S.o. Nr. 2041 Z. 13-20 und Nr. 2042, wo NvK gleichwohl einen zumindest peripheren Eingriff vornimmt.

⟨um 1451 November 27 ?⟩<sup>1)</sup>

Nr. 2045

Der Leipziger Ordinarius Theodericus de Bockinsdorf<sup>2)</sup> an B. ⟨Kaspar von Meißen⟩. Er beantwortet die ihm von diesem vorgelegten Fragen hinsichtlich der Annahme der durch den Legaten ⟨NvK⟩ auf dem Magdeburger Provinzialkonzil erlassenen Dekrete.

Kop. (Ende 18. Jh.; Ioannes Friedricus Ursinus, Diplomatarium Misenense, nach einem verlorenen Kopiar des B. Dietrich von Meißen 1463/76): DRESDEN, Landesbibl., Hs. J. 229<sup>I</sup> f. 453. Zur Hs. s. Gersdorf, Urkundenbuch des Hochstifts Meißen III, VIII; Schnorr von Carolsfeld, Katalog II 105.

Druck: Gersdorf, Urkundenbuch III 103f. Nr. 1008.